



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Disputatio III. De Veritate & Obscuritate Objecti Fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

DISPUTATIO TERTIA.

De Veritate & Obscuritate Objecti Fidei.

QUÆSTIO I.

An Reus per se vel per alium possit mentiri.

I. Deus nequit mentiri de potentia ordinaria, juxta hæc.

Deus nequit mentiri de potentia ordinaria, juxta hæc. Ico I. Deus nequit mentiri de potentia ordinaria. Est de fide contra Priscilianistas, qui tunc, Augustino hæresi 70. & Lib. contra Mendac. c. 2. censuerunt, Deum posse mentiri, & aliquando per Prophetas esse mentitum. Probatur ex Scriptura, Numer. 23. Non est Deus quasi homo, ut mentiat, nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit, & non faciet? Locutus est, & non implebit? Ad Rom. 3: Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax. 2. ad Timoth. 2: Si non credimus, ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest. Quod scilicet futurum esset, si mentiretur, cum natura ejus sit veritas sive veracitas. Ad Hebr. 6. Volens Deus ostendere sollicitationis hereditibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum, ut per duas res immobiles sollicitationem scilicet seu locutionem suam, & jusjurandum) quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus. 1. Joan. 2: Omne mendacium ex veritate non est. Denique Luca 21: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. q. d. potius transirent cælum & terra (quod tamen nunquam fiet) quam verba Christi falsificari. Adde, alias tolli omnem fidei nostræ firmitatem. Idem à fortiori patet ex dicendis seq. conclus.

2. Obijciuntur varia Scriptura loca.

Obijci possunt varia Scripturæ loca; in quibus Deus videtur dixisse falsa per suos Prophetas. Sic 3. Reg. 22. dixit Michæas ad Achab: Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacis in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt. Ezech. 14: Prophetam cum erraverit, ego Dominus decepi prophetam istum. Hieremia 26. Seduxisti me Domine, & seductus sum, fortior me fuisti, & invaluisti. Sic etiam prædixit Iona 3. subversionem Ninive, quæ non subsecuta est. Isai 38. mortem Ezechiae, qui tamen ab infirmitate convaluit. In aliis item locis videtur viri sancti instinctu Dei mentiri; ut Jacob Gen. 27. dicens ad Isaac: Ego sum primogenitus tuus Esau. Unde queritur postea Isaac: Venit germanus tuus frater tuus, verbis scilicet, & factis (puta vestibus & pelliculis) ad deceptionem compositis. Denique sunt plurima Scripturæ loca, quæ videntur inter se pugnantia, adeo-

que non possunt utraque esse vera.

Resp. Scripturam interdum per hebraicum dicere Deum aliquid facere, aut præcipere ut fiat, quod solum fieri permittit, datâ præsertim aliquâ occasione, unde ex alterius malitia illud novâ futuram, esse præter intentionem Dei; qui tamen simul scivit & vult de malis permisis bene facere; prout ostensum est. I. P. Tract. 1. Disp. 7. q. 4. ubi declaratum fuit, Deum non velle peccatum, neque esse causam illius. Hoc igitur sensu dicitur immisisse spiritum mendacii in ore Prophetarum decipientium Achab, & decepsisse Prophetam. Quantum ad locum Hieremiæ spectat, is à nemine explicatur ad intentum objectionis: genuinus autem sensus illius est, quod Hieremiam detestantem munus Prophetæ Deus ad id induxerit, promittens eum fore columbam ferream, & tamen postea præter spem ei evenerint carceres, aliæque graves persecutiones.

Quo sensu Deus dicitur immisisse spiritum mendacii aut decipere seu seducere.

Ad prædictionem Jonæ, dico solum fuisse comminatoriam, prout communiter sunt illæ, quibus in Scriptura prædicuntur aliqua mala obventura: quæ proinde sunt intelligendæ sub conditione; puta nisi penitentia opportuna sequatur, aut precibus mala avertantur. Simili modo intelligi potest prædictio facta Ezechiae regi, cum scilicet fuisset moriturum, spectato cursu causarum naturalium, nisi illum Deus per speciales preces vel causas permovendus impediatur. Prout etiam promissiones, quibus Deus alicui præsertim communitati multa bona, felicitatemque in futurum promittit, sunt plerumque intelligendæ sub hac similive conditione: nisi peccatis suis oppositum populus mereatur. Vide dicta I. P. Tract. 1. disp. 4. q. 1.

3. Comminationes & promissiones quæ ordinantur intelligentiæ.

Ad exempla Sanctorum dicitur, eos si mentiri fuerint, id non egisse ex divino instinctu. Neque oportet magis anxie excusare Sanctos veteris Testamenti (inter quos varii gravissime peccarunt) à levi-bus mendaciis, quam Sanctos novi Testamenti, Cujus tempore gratia est abundantior; prout circa factum seu dictum Jacob Patriarchæ rectè notavit Scotus 3. d. 38. q. un. n. 13. Quia tamen S. Augustinus, & alii passim; Jacob à mendacio excusant, responderi potest, ibi (quod in Scriptura frequentissimum) intervenire tropicam seu figuratam locutionem; quæ non minus quam propria locutio, est vera. Prout Christus Math. 11. dixit Joannem Baptistam esse Eliam, & Apostolus ad Roman. 9. Genes ad fidem reveras vocat semen Abraham, & non

4. Quoad excusationem à mendacio, non magis circa sanctos veteris quam novi Testamenti laborandum.

Penitus tamen examinator mendacium apparet Jacob patriarchæ.

& non omnes qui ex Israel sunt dicit esse Israelitas, quia scilicet non erant secundum spiritum, qui per Israelitas præfigurabantur. Jacob itaque erat primogenitus Esau, non ordine nascendi, sed Dei ordinatione, & titulo emptionis, in jus primogenituræ succedendo, atque personam primogeniti representando. Per quod ulterius præfigurabatur rejeccio Judæorum, & assumptione Gentium. Dicitur autem venisse fraudulenter, non quia propriè dicta fraudulentia intervenit, sed propter exteriori apparentiam, & vulgarem hominibus in similibus judicandi modum. Quod verò matre auctore pellibus hœdinis manus & nuda colli obtexit, non fecit ad hoc, ut patrem falleret (qui animus procul aberat à viro simplici & sine dolo) quamquam ita, ut patrem fallere videretur. Quare id egit ad dissimulandam suam personam, gratiâ mysterii, ex sensu & intentione matris, cui judicium suum submittebat.

Alia denique Scripturæ loca videntur quidem ignorantibus verum Scripturæ sensum opposita, verè tamen opposita non sunt. Ea verò cum plurima sint, non possunt singularitè à nobis hic concordari, sed concordata videri possunt apud Interpretes Scripturæ.

DICO II. Deus mentiri nequit, etiam de absoluta potentia. Conclusio est saltem fidei proxima; immo videtur de fide. Eamque velut indubitatam tradunt unanimiter Theologi contra paucissimos antiquiores Scholasticos, inter quos recitari solent Petrus Alliacensis 1. q. 12. à 3. dub. 3. §. 55. propof. 4. & Adamus Goddam 3. d. 14. q. 5. dub. 2. Conclusio patet ex Scripturis præconclusis. relatis, in quibus juxta communem & obvium intellectum non solum significatur, Deum de facto non mentiri, sed etiam simpliciter esse impossibile, ei mentiri, atque adeò veracitatem ei competere ex natura sua, uti immutabilitatem: scilicet quam homini probo, qui alioquin ex gratia potest nunquam mentiri. Quod apertius significant loca 2. ad Timoth. 2. ad Hebr. 2. Lucæ 21.

Accedit consensus Patrum. Dionysius de Divin. Nomin. c. 8. ait: *A veritate cadere, à Deitate est cadere.* Aug. 1. 1. de Symbolo c. 1. ait: *Deus omnipotens est, & cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest, & quod ait Apostolus, negare se ipsum non potest. Quàm multa non potest, & omnipotens est. Et ideo omnipotens, quia ista non potest: nam si mori posset, non esset omnipotens: si mentiri, si falli, si fallere, si iniquè agere, non esset omnipotens.* Et Lib. 22. de Civit. c. 25. *Si volunt invenire, quod omnipotens non potest, habent propositum; ego dicam. Mentiri non potest.* Anselmus Lib. 1. Cur Deus homo c. 12. *Non sequitur, si Deus vult mentiri, justum esse mentiri, sed potius Deum illum non esse, nam nequaquam potest velle mentiri vo-*

luntas, nisi in qua corrupta est Veritas.

Ratio Conclusionis est: tum quia si loquin, nutaret firmitas fidei nostræ, dum ita maneret locus dubitandi de veritate dictorum Dei, etiam istorum, in quibus assereret se de facto non esse mentitum: unde enim constaret, eum non fuisse in hoc ipso usum absolutæ suæ potentia mentendi? Tum quia summa veracitas sine potentia mendicandi est magna & pura perfectio, adeoque Deo competit. Tum quia ceteris attributa sic Deo competunt, ut actus eis contrarios exercere non possit; ideoque quia summe bonus, nequit esse auctor mali, quia justus & misericors nequit injustè vel crudeliter agere; ergo quia prima veritas, nequit esse auctor mendacii. *Si enim falsitas, veritas non est.* ait Augustinus. 1. 83. qq. 9. 14. Accedit, quod juxta communem sententiam mendacium sit intrinsecè malum, sic ut nequidem divinitus possit ab eo malitia auferri. Hoc tamen à variis, sive negatur, sive in dubium revocatur.

Ex dictis patet, fide certum esse, quod Deus nequeat fallere non servando promissa. Immo Scripturæ supra relaxate apertè loquuntur de veritate in promissis, signanter illud 2. ad Timoth. 2. *fieliter est, negare seipsum non potest;* aliàs utique seipsum negaret, quod omnino impossibile. Ratio est: quia veritas in promissis, vel deficeret ex hoc, quod Deus non habuisset animum adimplendi, essetque formale mendacium: vel quia animum hunc deinceps mutasset; quod repugnat ejus immutabilitati. Unde Ambrosius ad illud Num. 23. *Non est Deus quasi homo, ut mentatur &c.* ait: *Veritas non recipit mendacium, nec Dei Virtus levitatus errorem.*

DICO III. Equè certum est Deum non posse mentiri per alium, ac non posse eum mentiri per seipsum. Patet: quia mentiendo per alium velut ministrum & internuntium nomine Dei loquentem, verè Deus ipse mentiretur, moraliter loquendo; sicut qui per ministrum decedit, eleemolynam dat &c. verè dicitur instar causæ principalis occidisse, eleemolynam dedisse &c. adeò ut moraliter idem sit, dicere per se, & per alium. Confirmatur, quia sicut materialiter se habet, quod quis loquatur voce, scripto vel nutu; ita spiritualiter, quod loquatur per se, vel mediatè per pütium, qui instar scripturæ est merum instrumentum, etsi animatum. Ob quod David Ps. 44. dicit: *Lingua mea calamus scribe velociter scribentis.* Ob idem etiam in Scriptura, Dei ministro v. g. Angelo loquente, dicitur Deus loqui Exod. 3. & alibi. Accedit, quod ferè omnia fidei mysteria locutus est nobis Deus per ministros, Angelos sive homines; adeoque vacillaret fides nostra, si Deus per alium loquens posset mentiri.

Petes, an Deus possit de absoluta potentia præcipere alicui, vel eum incitare dire-

Deum absolute loquendo non posse mentiri, certum est, immo de fide.

Ex scripturis.

Quibus accedit consensus Patrum.

6. Et multisplex ratio.

7. Infalibilitas Dei in servandis promissis si de cetero.

8. Pariter certum est, Deum non posse mentiri per alium, & per seipsum.

9. An homo ad mentitum est ad

dum nomi-
ne proprio
possit pra-
cepto vel
consilio Dei
incitari.

Et ad hoc, ut mentiatur, non quidem nomi-
nis Dei (nam hoc satis offensum est, re-
pugnare) sed nomine proprio? Responden-
dum est juxta communem Sententiam Ne-
gative: eo quod mendacium sit ita intrinsecè
malum, ut nulla causa illud cohonestet; cum
honestum esse nequeat, veritatem (quæ ex se
absolute honesta est) impugnare, & quantum
in se est evitare: Deus autem nequit præ-
cipere malum, aut ad illud directè incitare,
ut nequit esse auctor peccati. Quævis possit
ex justa causa & intentione boni finis alicui
nonnulla obijcere, ut quibus is per suam
malitiam vel imprudentiam accipiat occa-
sionem mentiendi.

Neque obstat huic Doctrinæ sententia
Scottiarum de dispensabilitate præceptorum
secundæ tabulæ. Tum quia Pures excipiunt
præceptum non mentiendi, de quo etiam
Scottus 3. d. 38. quæst. 1. dubitative loquitur.
Tum quia juxta Scottiæ etiam dispensa-
bile foret eatenus, ut mendacium non foret
peccatum Theologicum, cessante scilicet
voluntate Dei prohibente, non tamen,
ut non foret moraliter & intrinsecè malum,
& contrarium rectæ rationi; quod autem
tale manet, non potest Deus velle vel præ-
cipere.

10. Supposito tamen (quod Nominales vol-
unt, & consonat nonnulli Scottiæ, neque est
necessè à nobis sustineri; esto fortasse effi-
caciter non possit convinci) malitiam non
esse mendacio ad eam intrinsecam, quin divi-
nitus sit separabilis, consequens foret, eam per
absolutam potentiam ablatam, posse menda-
cium, uti alia per præcepta secundæ tabu-
læ vetita, præcipi, & ad illum hominem à
Deo incitari. Qui tamen ob hoc non possit
ipse per se vel per alium mentiri: eo quod
etiam inde pendenter à malitia, mendacium
repugnet primæ veritati; uti repugnat sum-
mæ sapientiæ ipsam falli, etsi in hoc non
esset malitia, & spiritualitati Dei repugnant
actiones ab organo corporeo dependentes,
etsi non malæ.

11. An in casu
invincibili-
tatis ignoran-
tia mendaci-
um possit
à Deo præ-
cipi.

Non obstat etiam, quod obligetur, uti-
que ex aliquo præcepto divino, ad mentien-
dum, qui invincibiliter existimat se ad id
obligari, ut salvet vitam proximi. Nam ibi
mandatum divinum naturale per se & di-
rectè fertur in hoc, ne quis agat contra
dictamen conscientiæ; non autem ut men-
tiatur: quamvis supposita erronea conscien-
tiâ, per accidens & ex consequenti oblige-
tur mentiri, quatenus non mentiri foret
contra conscientiam. Neque de hoc potest
esse quæstio. Estque idem de ceteris intrin-
secè malis. Proceditque etiam de facto &
potentiæ ordinaria: de qua tamen indubiè
nequit à Deo præcipi mendacium juxta
sensum præsentis dubii. Hoc itaque solum
moveretur, de potestate absoluta, an per il-
lam, seclusâ ignorantia & per se, præcipi
à Deo possit mendacium.

QUÆSTIO II.

An Deus Possit se Solo Infundere
Habitum vel Actum erroris?

VARIÆ sunt de hac quæstione Docto-
rum opiniones. Nam Suarez disp. 3. de
fide sect. 5. Coninck disp. 10. dub. 2. & plures
Alii simpliciter asserunt, Deum non posse
infundere habitum, & consequenter à for-
tiori nec actum erroris. Secundo Smising
Tract. 2. de Deo disp. 6. n. 283, 284, & 286. &
Alii idem censent de errore actuali, secus
de habituali. Tertio Poncius in Comment.
Scotti ad 3. dist. 38. num. 29. & seqq. Arriaga
Tract. de fide disp. 1. sect. 5. subsect. 2. & plures
Recentiores existimant, neutrum repugnare
Deo, supposita nimirum per solum Deum
producibilitate actus vitalis. Quod addo:
nam si (quod Vasquez & plures alii censent:
etsi minus probabiliter) implicet actum vi-
talem produci sine influxu ipsius potentia
vitalis, implicabit idem de actu erroris. Pro
resolutione.

12.
Opiniones
varie re-
solvuntur.

DICO I. Potest Deus se solo infundere
habitum erroneum. Probat: tum quia
illum potest in intellectu conservare se solo
atque ad eum concurrere non tantum universali,
sed particulari: tum à simili ex dictis de Habi-
tu vitioso disp. 1. q. 8. n. 88. tum à fortiori ex
dicendis de actu erroneo: tum denique quia
nulla in hoc apparet ratio repugnantia.

13.
Deo potest
infundere
habitum er-
roris in in-
tellectu.

Quare, similiter se solo causare potest
alia, à quibus oritur error intellectus; qua-
lia sunt indebita applicatio objecti sensibi-
lis, in dispositio organi, species sensibilis ob-
jecti absentis, & similia, ex quibus ori ut
imperfecta species intelligibilis fallaque in-
tellectio. Quorum ulterior ratio est, quod
hæ causæ sint bonæ in genere entis, ordi-
natæ per se ad effectum positivum & bonum
in genere entis, nullamque malitiam mo-
ralem annexam habentem: adeoque nulli
repugnat perfectioni divinæ, eas ponere
in esse, & ad earum effectus concurrere. Im-
perfectio autem physica, quæ illis sive effe-
ctui earum, in eis, non obstat: cum etiam
cæcos, claudos, ceterosque, effectus monstru-
sos possit Deus causare. Hoc itaque potest
Deus quia omnipotens, etiam per hujusmo-
di effectus puniendo hominem, aut ob alias
causas.

Nec obstat, quod sic Deus inclinaret
hominem in errorem: nam id non potius,
immo minus repugnat, quam quod ipsummet
errorem actuale possit in intellectu causare,
ut infra dicetur. Deinde etsi hoc non pos-
set, adhuc non repugnaret infusio habitus
erronei, qui solum est inclinatio habitualis
in errorem, & quasi in actu primo, corri-
genda per intellectum: sicut non repugnat
productio ipsius intellectus in certis cir-
cumstantiis æquæ inclinantis aut determi-
nantis.

14.

nati ad errorem, uti neque repugnat causare propositionem talem specierum, ad quam sequitur error, quæ ad nunc magis determinat; nec denique productio habitus vitiosi, etsi inclinet ad actum vitiosum, non refundendum in Deum tamquam auctorem.

Et à fortiori in lapide aut extra omne subiectum.

Hinc à fortiori patet, posse Deum causare se solo habitum erroris extra omne subiectum, aut in subiecto incapaci erroris actualis, v.g. in lapide: tunc enim apertius cessant inconvenientia, quæ videri possent annexa productiōi illius in intellectu.

15. *Immo probabiliter idem dicitur de actu erroris.*

Dico II. Valdè probabiliter potest etiã Deus absolute loquendo se solo causare seu infundere actum erroris seu assensum falsum. Probatur: quia similiter in hoc non apparet sufficiens ratio repugnantie. Quod quidem manifestius est, si error sic infunderetur intellectui, ut hic se haberet modo velut mortuo, per eum formaliter nil intelligendo; prout existimat *Contineck* contingere, dũ actus vitalis infunditur à solo Deo: tunc enim intellectus non erraret, magis quàm lapis, si in eo poneretur error; neque aliquod inconueniens, quod derogeret hac in re divinæ omnipotentie, allegari potest. Idem est à pari aut fortiori, si error actualis produceretur à Deo extra omne subiectum, vel in subiecto non intellectivo, v.g. lapide.

Generaliter verò non esse repugnantiam, probatur ulterius: quia illa deberet fundari in malitia sive imperfectione ipsius erroris actualis: nunc autem in errore solum est imperfectio seu malitia (ut sic dicam) physica; qualis est in febribus, dolore capitis, cœcitate &c. quæ utique Deo tamquam auctori non repugnat: nulla autem est in eo malitia moralis, ne quidem objectiva, qualis est in mendacio indeliberato aut ex invincibili ignorantia commissio: adeo ut huiusmodi errans nequidem materialiter metiatur seu contra mentem eat.

Neque etiam ex eo, quod Deus ipse ob infinitam sapientiam errare non possit, sequitur ipsum non posse errorem causare in altero: sicuti ex eo quod Co vitam essentiali & perfectionem suam mori vel dolere non potest, non sequitur, ipsum non posse causare mortem, dolorem, aliaque infirmitates in hominibus.

Confirmatur: quia potest Deus obijcere lapidem vel lignum cum talibus accidentibus, ut determinetur intellectus ad iudicandum quod sit homo; item conservare speciem objecti absentis, undè iudicabitur adhuc esse præens: quid ni ergo possit per se causare ipsam errorem.

16. *Solvitur fundamentum Contineck.*

Dices I. Cum *Contineck* sup. n. 28. Deus, quia est summè bonus & sanctus, nequit causare peccatum: ergo similiter quia est summè verus seu verax, nequit infundere errorem. Resp. Neg. Conf. Nam causando peccatum eo ipso male & perversè ageret, con-

tra rectam scilicet rationem & voluntatis suæ rectitudinem; at producendo in altero errorem, seu volendo ut alter erret, non erraret ipse Deus, uti causans alterius mortem, non moritur Deus. Unde potest Deus interdum velle ut aliter erret, immo præcipere v.g. rustico, ut credat, actu utriusque falso & erroneo, Pastori etiã male instruenti, dum rusticus nõ habet rationem dubitandi de dictis Pastoris: & tamen Deus nunquam potest velle, ut quis peccet. Non est igitur par ratio. Disparitas autè à priori est, quod infinitæ bonitati repugnet velle aut facere omne malum; infinitæ autem veritati solum repugnet, ut ipsa erret, aut alios mentiendo seu contra quàm sentit loquendo decipiat.

Dices I. Deum *Smising* sup. n. 28; implicat Deum aliquid falsi dicere, falsum autem diceret, si se solo produceret errorem in intellectu; quoniam dicere Dei nihil est aliud, quàm alteri notitiam infundere: nec enim voces requirit seu aliud signum externum, aliàs non posset loqui Angelo vel anime separata. Quàm igitur certum est, divino testimonio deceptione nullam subesse posse, tam certum est, Deum se solo actum erroris in intellectu producere nõ posse. Resp. Deum in casu quæstionis nil dicere seu loqui; ad quod nimirum requireretur manifestatio, quæ Deus manifestaret mentem suam esse hanc vel illam; quod non facit producendo in altero errorem, per quod nempe non dicit neque significat Deus se idè iudicare. Aliud esset de errore huiusmodi, qui v.g. haberet pro objecto hanc propositionem: Petrus moritur, & ita Deus sentit. Iste enim error esset locutio Dei: Deus autè nequit fallere aut decipere verbis aut aliis signis quæ censentur esse revelatio seu locutio ipsius; cum id sit mentiri. Non rectè proinde preclarus hic Auctor certitudinem parem esse putavit in impotentia divina non mentendi, & errorem se solo producendi.

Dices III. Si Angelo v.g. Deus infunderet errorem, ipseque Angelus illum hominibus propalaret, Deus ipse mediatè per Angelum diceret falsum. Resp. Neg. Sequè quod infundendo errorem Deus non loquatur in actu velut exercitio, neque testetur id à se dici aut esse verum, neque quæ ad hoc faciat Angelum esse suum velut internum. Nec hinc sequitur, non posse nobis constare de infallibilitate revelationis Dei: nam ex hoc ipso, quod constat de revelatione (de qua nobis circa mysteria fidei satis constat) constabit de infallibilitate illius seu rei revelatae, ob infinitam seu summam Dei revelantis auctoritatem; cui derogat falsa aut incerta locutio, non autem assensus falsi in alio productio.

17.

Respondetur ad fundamentum Smising.

18.

Objectioni Tenoceri satisfi.

QUEST.

QUAESTIO III.

An Deus uti possit verbis ambiguis & obscuris?

19. Deus uti possit verbis obscuris, ambiguis, tropicis, aut quibus aliis quibus tacite subintelliguntur.

20. Quibus ex causis id a Deo fiat in sacra Scriptura.

Dico I. Deus potest in S. Scriptura aliisque revelationibus uti verbis obscuris, & oratione ambigua ac tropica, aut etiam ea, cui aliqua tacite subintelliguntur, dum tamen a parte rei, prout exterius cum suis circumstantiis exprimitur, verum aliquem sensum habeat; nisi praevideatur, aliquos inde sumptos occasionem erroris seu falsi intellectus. Patet manifeste ex tot huiusmodi locutionibus, quibus Scriptura Canonica scateat. Ratio est: quia homines saepe ex rationabili causa licite & prudenter eiusmodi orationibus utuntur: ergo idem merito interdum facit Deus, cui iustissimae causae suppetere possunt; praesertim cum reliquerit nobis infallibilem eiusmodi locutionum interpretationem, Ecclesiam, quam qui audierit, in re alicujus momenti decipi non poterit.

Causae porro sic loquendi, quas Deum movisse conjecturamus, sunt inter alias haec. Prima, ne doctrina sacra, si tam facilis ac omnibus etiam rudioribus obvia sit, facile vilescat apud imperitiores, vel rerum spiritualium gustum non habentes, qui facile contemnunt ea, quae ab omnibus facile percipiuntur, quasi nihil reconditi in ijs lateat. Secunda, ut studium nostrum in reconditis Scripturae sensibus investigandis ac eruedis excitaretur; quo sane studio verè caelesti nullum honestius, aut homine Christiano dignius: cum è contrà vulgus hominum, occupationibus adeò terrens & vanis, ne dicam plerumque malis, tempus vitae transigat. Unde consequenter nascitur mira animi voluptas, quae ab ijs sentitur, qui animo bonae preparationis imbuto huic studio incumbunt. Hinc ulterius fit, ut firmius inhaereant, quae in Scriptura continentur, dum attentius sapientiusque meditari solent, quorum sensus obscurior est. Ex quo etiam consequitur fomentum humilitatis ac elati animi depressio, dum ita intellectus nostri imbecillitas deprehenditur, atque adeò ad diviniam illustrationem per humilem orationem recurritur, more Sanctorum, praesertim S. Thomae Aquinatis, qui orationi etiam jejunium frequenter addebat. Tertia, ut auctoritas Praelatorum & Doctorum esset amplior apud vulgus, dum hoc ita cogitur doctrinam à Deo revelatam addiscere, ac dubiorum resolutionem quaerere. Quarta, ut infidelibus, in quorum manibus saepe incidunt libri sacri, sacratiora fidei nostrae mysteria occultarentur, quae non expedit sciri ab ipsis, ne irrideant. Quinta, ut nonnulla, quae in Scripturae futura praedictione

cuntur? & non convenit ab hominibus ante eventum perfecte cognosci, eoque manerent occultiora, quae postmodum appere impleta cernerentur.

Dico II. Deus sequitur uti aliquà locutione externà, quae prout exterius profertur, nequit habere verum sensum, quantumvis juncta verbis, quae per mentalem restrictionem subintelliguntur, haberet sensum verum. Conclusio à variis negatur, qui censent restrictionem merè mentalem posse fieri citrà mendacium: quod tamen improbant *Malderus Opusc. de Restrictione mentali c. 8. Coninck, Arragon, Layman, & Alii passim*, & à nobis tractabitur in Materia de Virtutibus Justitiae affinis. Probatur Conclusio: quia talis locutio est simpliciter falsa & mendacium, talis enim oratio praecise secundum se sumpta prout exterius profertur, est absolute falsa, nec potest habere verum sensum ratione intentionis dicentis, aut orationis merè internae, quam loquens ei subintelligit: quia nisi haec aliquo modo exterius exprimat, non potest cum externa unam orationem componere, aut ejus significationem mutare, aut supplere defectum: & consequenter nec potest efficere, ut ejus significatio secundum se falsa, accessione sua fiat vera: ergo ipsa nullà ratione potest habere significationem aut sensum verum.

21. Restrictione pure mentali uti nequit.

Probatur

Confirmatur: quia si hoc Deo esset possibile, possemus de singulis Scripturae locis dubitare, an forte Deus ibi non utatur tali restrictione; atque ita in Scriptura nihil esset certi. Nec sufficeret, si diceret Deus, se in tota Scriptura non uti tali restrictione mentali, aut se constituisse Ecclesiam infallibilem veri sui sensus interpretem: quia posita semel ea potestate in Deo, possemus dubitare, an non etiam his in verbis fuisset usus simili restrictione; & consequenter possemus de eorum sensu dubitare.

22.

Dices I. Mentiri est contra mentem ire, sive intendere aliquid significare quod scitur esse falsum; atque Deus per talia verba exterius prolata non intendit significare id quod scit esse falsum, sed id quod scit esse verum. Resp. Neg. Min. quia verba exterius prolata in his circumstantiis absolute sine ulla ambiguitate significant quod Deus scit esse falsum, nec ullo modo significant aliquid verum: at qui ipse simpliciter in illis circumstantiis intenderet illa proferre; ergo intenderet significare aliquid falsum. Nec refert, quod simul expressè intenderet non illud, sed aliquid aliud significare: quia haec intentio solum esset inefficax quaedam velleitas; ideoque efficacem intentionem mentendi non impediret.

Dices II. Multae huiusmodi locutiones reperiuntur in Evangelio, aliisque Scripturae libris. Nam ipse Christus

Objectionur varia loca Scripturae.

D interro-



interrogatus à Discipulis de tempore consummationis mundi & adventus iudicis, respondit: *De die illo vel hora nemo scit, neque Angeli in celo, neque Filius.* Et tamen ipse illum optime nōverat. Item *Joan. 7.* fratribus seu cognatis argentibus: *Transi hinc, & vade in Judæam.* Hierosolymam scilicet, velut ad theatrum mundi, ut & Discipuli sui seu studiosi doctrinæ tuæ, qui ibi sunt, videant opera tua, quæ facis &c. *manifesta te ipsum mundo;* respondit Christus: *Tempus meum nondum advenit &c. Vos ascendite ad diem festum, ego autem non ascendo ad diem festum istum.* Et tamen, ut ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum. Eadem restrictione usus videtur Raphael angelus *Tobiæ*, dum rogatus, *de qua domo, aut de qua tribu es tu,* respondit: *Azarias Anania magni filius;* & ante respondens *Tobiæ* Juniori dixerat se esse ex filio *Israel.*

23.
Quo sensu
Christus
verè dixit
se non
scire diem
iudicij.

Resp. Christum *Marci 13.* (ut alias expositiones omittam) loqui velut legatum ad nos missum: legatus autem verè dicit, se non scire, etiam ex mente petentium, qui celeriter solum rogare communicationem scientiæ, quam interrogatus communicare potest, qui non habet in commissione ut communicet, sed potius ut occultet. Quod ex circumstantijs satis poterat deprehendi; uti & quod Christum aliàs non lateret dies & hora iudicij, quæ omnia ad diem illum & horam prædixerat. Ideoque rursum *Act. 1.* de illo die interrogatus fuit, & interrogantium curiositatem repulsi, dicens: *Non est vestrum (subindicans satis, esse suum) nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.*

Item se non
ascendere
ad diem
festum; ad
quem tamen
ascen-
dit.

Similiter *Joan. 7.* Christus verè dixit, etiam retento sensu à rogantibus proposito, se non ascendere, scilicet cum ipsis rogantibus, idque gloriæ suæ & ostentandi sese causâ, prout fratres ejus cupiebant: vel expeditius, quia non ascendit ad diem festum istum, hoc est, ad primum vel secundum diem festivitatis, sed sequentibus diebus, palam ostendens se die festo mediæque seu ad medium perducto, puta quarto die, qui est medius septem dierum; vel adhuc facilius explicando *lij non,* ut idem sit, quod *nondum;* prout consonat tum vox Græca, tum quod præmiserat Christus: *Tempus meum nondum advenit;* tum quod pro causa subdit: *Quia meum tempus nondum impletum est.* Unde patet, Christum non fuisse usum restrictione purè mentali, sed verbis verum significantis, præsertim in ijs circumstantijs.

24.
Quomodo
Raphael
verè dixit
se esse
ex filio
Israel, & A-
nania fi-
lium.

Angelus Raphael sic loquebatur occultando suam personam, quia verè repræsentabat sive referebat aliquem è filiis *Israel*, scilicet *Azariam* filium magni *Ananiae*, viri isto tempore noti, ut patet ex subjectis *Tobiæ* verbis: *De magno genere es tu.* Aut certè sicut comestio & ceteræ actiones Angelorum in corporibus assum-

ptis, sic & verba eorum sunt accipienda, ut signa quorundam posteriorum. Atque ita dixit se esse ex filiis *Israel*, quatenus per affectum & auxilium adest veris Dei cultoribus. Et quia *Azarias* significat adiutorium, & *Ananias* nubem seu divinationem Domini, significat & divinæ providentiæ consilio missum in adiutorium *Tobiæ*; ut explicat *Estius in Notis ad dicitur locum.*

Dices III. Deus sæpe utitur in Scriptura verbis in sensu obvio falsis, & in vero alio obscuris, ut nemo cum possit ullâ ratione assequi, vel conjicere eum subesse, vel rationem illam debere intelligi in alio sensu, quam in eo qui obvius est: ergo etiam potest uti locutione externâ secundum se falsâ, quæ cum alijs tamen per mentem subintellectis sancta, sit vera. Resp. Neg. Antec. quia Deus sic loquendo moraliter esset causa erroris ijs, quos vult se ipsos sibi totos fidere, daretque occasionem dubitandi de cujuscvis Scripturæ sensu, an scilicet non debeat sumi in sensu aliquo, quem nullus potest assequi; sicque vacillaret tota fides nostra, non minus quam si Deus posset mentiri.

QUÆSTIO IV.

An Objectum Fidei debeat esse Obscurum?

Suppono in primis velut omnino indubitatum contra quosdam antiquiores Hæreticos in objecto fidei non requiri evidentiâ, sive non oportere, ut mysteria fidei possint ex ratione ostendi. Quamvis enim varia revelata sint etiam lumine naturæ nota: plurima tamen in Scriptura & Traditione nobis credenda proponuntur, quorum veritas nullatenus ex ratione constat, immo quæ supra captum nostri intellectus sunt. Ut proinde Apostolus *2. ad Cor. 10.* dixerit: *In captivitatē redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Captivam namque ducitur ingenium, quantumvis excellens & scientijs excellentissimum; dum depositâ humanâ ratiocinatione; simpliciter & humiliter suscipit eâ quæ Christus docuit, nobisque per Ecclesiam credenda proposuit. Cujus quidem captivationis & obedientiæ exempla præfulserunt in *Dionysio Areopagita*, alijque excellentis ingenii & doctrinæ Philosophis ad Christum adductis. Estque hæc fidei laus, ob divinam auctoritatem & respectum assensum præbere firmissimum, etiam ijs, quæ non apparent, utcumque sensus noster carnalis reclamet. Propter quod Apostolus ad *Heb. 11.* fidem dixit esse *argumentum non apparentium.* Qualem fidem in varijs antiquis Patribus præfulsisse, dein multis ibidem confirmat Apostolus.

25.
Credenda
non debent
constare ex
ratione, im-
mo captum
rationis sa-
pe exce-
dunt.

Nec

26. Nec refert, quod in Scriptura & alibi fides dicitur esse lumen quoddam. A quo recens baptizati dicebatur illuminati; & Baptismus ipse apud Veteres Sacramentum illuminationis. Nam fides divina, praesertim Christiana, expellit ignorantiae tenebras, quibus Gentiles & ex parte Judaei erant involuti. Unde lumen dicitur ob infallibilem intellectus nostri instructionem ac directionem in rebus praesertim à sensu remotissimis. Quamvis alioquin omnis notitia, etiam opinativa, lumen quoddam sit, at non semper evidenter ostendens objectum.

Non refert etiam, quod *Eccli. 19.* dicitur: *Qui cito credit, levis est corde.* Nam non nimis cito credimus, qui sufficientia credibilitatis signa habemus, ut potius essemus duri & tardacorde, non credentes testimonio Dei, quae *credibilia facta sunt nimis psal. 92.* quantumvis ea, circa quae Dei testimonium versatur, sint nobis obscura.

27. *Inter scientiam & fidem non est repugnancia quoad habitus, aut quoad habitum minus & actum aliter.* Suppono II. Satis quoque indubitatum esse, quod res quae creditur, possit simul esse quoad habitum evidenter scita; & quae scitur, possit habitualiter esse credita: ut proinde inter habitus fidei & scientiae, item inter habitum fidei & actum scientiae, aut inter habitum scientiae & actum fidei non sit repugnancia. Philosophus namque Gentilis, qui haberet scientiam evidentem de aliquo mysterio, v.g. de existentia Dei, conversus ad fidem non amitteret priorem scientiam, quamvis accipiat tunc fidem, quae potest idem credere. Prout etiam Christiani nonnullos articulos creditos possunt dein evidenti ratione palpare, sine fidei praehabita praesudicio. Neque potest ex ullo capite ostendi apprens ratio repugnancia. Quinimmo habitus infusus fidei ne quidem ipsi habitui vel actui infidelitatis physice repugnat, ut patet ex dictis *Disp. 1. q. 7. m. 74.* Vide etiam *q. 8. n. 86. & seq.* quanto igitur minus repugnat physice habitui vel actui scientifico? Quod etiam extendendum est ad ipsum actum visionis Dei, qui nimirum non repugnat physice fidei habituali; etsi haec sit in patria evacuanda; ob imperfectionem uti statui non congruentem, in quo etiam careret actu proportionato.

28. *Quaestio itaque movetur de actibus fidei & scientiae, an repugnent; adeoque quaeritur, an objectum fidei sic necessario sit obscurum, ut credenti non sit aliunde actu evidens.*

Dico I. Actus fidei de potentia ordinaria non potest simul stare cum visione beatifica, seu notitia intuitiva, quam habent Beati de eadem re. Ita omnes Theologi cum *D. Thoma, De Bonaventura & Scoto.* Et consonat *Augustinus l. 1. Soliloq. c. 7.* Colligitur etiam aperte ex Apostolo *1. ad Cor. 13.* ubi inter alia dicit: *cum autem venerit...*

Herinc. Serm. Theol. Pars III.

nerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

Dixi de potentia ordinaria: an enim sit repugnancia etiam, quoad potentiam absolutam, dubium est. Nam affirmant *Thomista & Scotista* passim (quamvis *Scotus* de hoc nil explicitè determinet) & plures alii, ac novissimè *Lugo a. 2. sect. 2. a. 81.* Negant passim alii.

Et sanè difficilè est solidum aliquod fundamentum absolutae implicantiae assignare. Quod enim Quidam ajunt eidem intellectui convenire non posse simul plures actus inter se non subordinatos, generaliter loquendo fallum est, etiam naturaliter loquendo. Et ut verum foret connaturaliter, cur id, quælo, repugnabit, Deo potentiam confortante? Quemadmodum de facto facit beatos tam varia intelligere & velle, qui alioquin connaturaliter tota vis intellectiva foret exhaurienda per claram visionem Dei. Nec etiam satis ostenditur, quod Nonnulli assument, per unum actum impediri conditionem essentialiter requisitam ad objectum adherens, quatenus nempe est de essentiali ratione objecti fidei, quod sit non visum privativè, ut loquuntur, id est, quod non sit visum per ullum actum, adeoque sit in intellectu carentia omnis visionis ejusdem objecti. Nam quae facilitate id essentialiter esse requisitum assumitur, potest negari. Minus apprens contradictio est, quam allegant Alii ex evidentiâ & inevidentiâ, quasi idem intellectus simul esset evidens & inevidens. Nam id ratione diversorum actuum non implicat: quippe quod nil aliud sit, quam intellectum habere duos actus, per quorum unum, clarum scilicet, significaret evidenter rem, per alterum verò cognosceret non evidenter. Sicut in eodem subjecto sunt albedo & calor, quod quidem per albedinem constituitur album, & non per calorem. Unde absolute loquendo erit intellectus evidens, non autem dici poterit simpliciter non evidens, sed cum addito, quantum est ex parte actus inevidentis, qui etsi habeat non evidentiâ, negatiâ tamen hæc solum remotè subiectatur in intellectu, mediante actu inevidenti. Simili modo si intellectui proponantur duo media, quorum unum convincat, & alterum non, dicitur intellectus convictus simpliciter, & non convictus cum addito tantum, quantum scilicet est ex parte alterius medij. Non rectè quoque refunditur implicantia in superfluitatem: hæc enim non fundat repugnantiam essentialem, & in ordine ad potentiam absolutam.

29. *Sed non allegatur solida implicantia.* Et sanè difficilè est solidum aliquod fundamentum absolutae implicantiae assignare. Quod enim Quidam ajunt eidem intellectui convenire non posse simul plures actus inter se non subordinatos, generaliter loquendo fallum est, etiam naturaliter loquendo. Et ut verum foret connaturaliter, cur id, quælo, repugnabit, Deo potentiam confortante? Quemadmodum de facto facit beatos tam varia intelligere & velle, qui alioquin connaturaliter tota vis intellectiva foret exhaurienda per claram visionem Dei. Nec etiam satis ostenditur, quod Nonnulli assument, per unum actum impediri conditionem essentialiter requisitam ad objectum adherens, quatenus nempe est de essentiali ratione objecti fidei, quod sit non visum privativè, ut loquuntur, id est, quod non sit visum per ullum actum, adeoque sit in intellectu carentia omnis visionis ejusdem objecti. Nam quae facilitate id essentialiter esse requisitum assumitur, potest negari. Minus apprens contradictio est, quam allegant Alii ex evidentiâ & inevidentiâ, quasi idem intellectus simul esset evidens & inevidens. Nam id ratione diversorum actuum non implicat: quippe quod nil aliud sit, quam intellectum habere duos actus, per quorum unum, clarum scilicet, significaret evidenter rem, per alterum verò cognosceret non evidenter. Sicut in eodem subjecto sunt albedo & calor, quod quidem per albedinem constituitur album, & non per calorem. Unde absolute loquendo erit intellectus evidens, non autem dici poterit simpliciter non evidens, sed cum addito, quantum est ex parte actus inevidentis, qui etsi habeat non evidentiâ, negatiâ tamen hæc solum remotè subiectatur in intellectu, mediante actu inevidenti. Simili modo si intellectui proponantur duo media, quorum unum convincat, & alterum non, dicitur intellectus convictus simpliciter, & non convictus cum addito tantum, quantum scilicet est ex parte alterius medij. Non rectè quoque refunditur implicantia in superfluitatem: hæc enim non fundat repugnantiam essentialem, & in ordine ad potentiam absolutam.

30. *Solvitur Quarta.* Insuper non rectè repugnancia fundatur in hoc, quod visio contineat eminenter omnem perfectionem actus fidei, non possit autem forma produci in subjecto jam actuato per formam, quae formaliter vel eminenter contineat alterius perfectionem.

31. *Solvitur Quinta.* Insuper non rectè repugnancia fundatur in hoc, quod visio contineat eminenter omnem perfectionem actus fidei, non possit autem forma produci in subjecto jam actuato per formam, quae formaliter vel eminenter contineat alterius perfectionem.

32. *Solvitur Sexta.* Insuper non rectè repugnancia fundatur in hoc, quod visio contineat eminenter omnem perfectionem actus fidei, non possit autem forma produci in subjecto jam actuato per formam, quae formaliter vel eminenter contineat alterius perfectionem.

33. *Solvitur Septima.* Insuper non rectè repugnancia fundatur in hoc, quod visio contineat eminenter omnem perfectionem actus fidei, non possit autem forma produci in subjecto jam actuato per formam, quae formaliter vel eminenter contineat alterius perfectionem.

34. *Solvitur Octava.* Insuper non rectè repugnancia fundatur in hoc, quod visio contineat eminenter omnem perfectionem actus fidei, non possit autem forma produci in subjecto jam actuato per formam, quae formaliter vel eminenter contineat alterius perfectionem.

35. *Solvitur Nona.* Insuper non rectè repugnancia fundatur in hoc, quod visio contineat eminenter omnem perfectionem actus fidei, non possit autem forma produci in subjecto jam actuato per formam, quae formaliter vel eminenter contineat alterius perfectionem.

nem; ob quod nequit calidum ut suo agere in calidum ut quatuor. Nam visio pariter continet perfectionem notitiæ claræ abstractivæ, & tamen Angeli videntes Deum, cognoscunt simul eundem abstractivè clarè in creaturis. Et Christus, qui videbat Matrem in verbo, eandem percipiebat sensu, & intellectuali notitiâ per sensum generatâ. Quare illud de actuatione formæ, non habet locum in intentionalibus, esto haberet in alijs physicis formis. Et ut haberet etiam in intentionalibus locum de potentia ordinaria, saltem non de potentia absoluta.

31. Solvitur de hinc implicantia allegata à Lugo.

Denique non rectè Lugo supra essentialem repugnantiam fundat in defectu motivi sufficientis (quod utique essentialiter requiritur) quasi videlicet implicet intellectum moveri ad cognoscendam veritatem per medium fidei, ubi perfectè eandem possidet per claram visionem: adeo ut motivum fidei non habeat vim movendi ad assensum, nisi stante indigentia intellectus aliunde non possidentis objectum. Sicut implicat voluntatem desiderare seu sperare, quod perfectè possidet, aut ad illud obtinendum media adhibere. Contrà enim facit, quòd cum perfectè visione, adeoque possessione veritatis objecti, stet immediata ejusdem notitiâ abstractivâ clarâ; immo cum visione creata in verbo, visio ejusdem extra verbum, quid ni ergo de absoluta potentia possit stare assensus immediatè elicitus ob auctoritatem Dei? Ex quo nil aliud sequeretur, quàm quòd eadem res esset ratione diversorum actuum intentionaliter præsens intellectui, partim secundum speciem propriam, partim secundum species alienas; potest autem idem objectum multipliciter uniri intellectui; uti multipliciter attingi & præsens sibi. Quare si similiter idem objectum posset à voluntate dupliciter possideri, posset uno modo possessum, adhuc desiderari alio modo possidendum. Et dùm visio Deo tenderet intellectus in ipsum per fidem, esto (quod Lugo supponit, & falsum est, certè non necessarium) mediantibus præmissis, quæreret intellectus ipsum novo titulo & modo simili præsentem sibi, scilicet secundum species alienas & mediante revelatione.

32. Alius fidei & notitiæ naturalis intuitivæ aut propriæ scientificæ connaturaliter non consistunt in eodem.

Dico II. Assensus fidei connaturaliter non consistit cum naturali notitiâ intuitivâ aut propriè scientifica. Ita Scotus d. 2. q. 9. unic. D. Thomas q. 1. a. 5. Lorca & plurimi alii, & quoad notitiâ saltem intuitivâ excludentem omnem formidinem etiam Lugo d. 2. sect. 2. n. 74. contrà plures alios præsertim Recentiores.

Probatum ex scriptura, nisi non efficaciter.

Conclusio solet probari ex Scriptura ad Hebr. 11. ubi Fides describitur argumentum non apparentium. Et quamvis hoc Alii explicent fidei competere, partim quatenus objecta ex parte fidei seu per fidem ipsam non sunt evidentia: partim quatenus fi-

des non exigit rei visionem, quin potius ordinariè est circa ea quæ non videntur, quamvis etiam circa alia versari possit, ut hoc sit accumulativè, non exclusivè dictum: favet nihilominus intellectum, uti sonat, & maxime Accedentibus dictis Patrum. Ex quibus.

Probatum Conclusio II. Nam Augustinus Tract. 40. in Joan. ait: Quid est enim fides nisi credere quod non vides. Et Tract. 68. Fides autem, quæ eorum, quæ Deum visuri sunt, quamdiu peregrinantur, corda mundantur, quod non vident, credit: nam si videret, non est fides. Et Tract. 79. Nescio, an credere dicendus sit quisque quod videret. Chrysostomus Hom. 22. in Epist. ad Hebr. Si fides, inquit, est argumentum eorum, quæ non videntur, quid est quòd vultis videre, ut excusatis à fide? Gregorius Hom. 26. in Evang. Fides, inquit, eorum, quæ non videntur, jam fidem non habent, sed agnitionem. Bernardus lib. 5. de Considerat. c. 3. Dicit, quòd fides est voluntaria quædam certæ præbatio necdum propalata veritatis. Similiter Patres supponentes non credi quòd videtur vel scitur, ad explicandum illud Joan. 20. Quia vidisti me Thoma, credidisti, dicunt ipsum aliud vidisse, aliud credidisse. Quæ Auctoritates expressius favent Conclusioni, quatenus loquitur de notitiâ intuitivâ: conantur nihilominus Alii eas explicare.

33. Et ratio Patrum.

Probari solet III. ratione à diversis diversâ, ut ostendant intrinsecam inter illos actus repugnantiam. Sed ineffaciter, ut facile patebit consideranti quæ dicta sunt n. 29. & seqq. Quare mihi non apparet, esse incompatibilitatem intrinsecam ex natura vel essentia actuum; Qualis est tantum inter actus opposito seu contradictorio modo tendentes in idem objectum, v. g. inter assensum & dissensum, amorem & odium ejusdem objecti: non autem apparet esse inter notitiâ clarâ, quæ scitur objectum per medium evidens, & notitiâ obscurâ, quæ idem noscitur per medium inevidens, quæ diversæ rationes seu media possunt sufficientissimè simul proponi eidem intellectui, adeoque posset intellectus, quantum est ex natura actuum, simul per illos tendere in objectum.

34. Rationes diverse allegantur, ut probetur intrinseca repugnantia, quæ non videtur subsistere.

Ratio igitur referenda videtur in ipsam conditionem nostri intellectus, qui teste experientiâ, dum omnino evidenter palpat veritatem objecti, non solet attendere ad motiva, quæ eandem obscure probent; eò quòd nimirum sit plenè quietus, seu sit perfectè ei satisfactum per notitiâ evidentem, quæ tenet & quasi possidet veritatem objecti. Unde etiam si clarè quis rem videat, non solet attendere ad testimonium hominis de eadem, et si aliàs propter illud solum judicaret illam ita se habere.

35. Ratio An- tior.

Respon-

Responsio
Coninck
resoluitur.

Respondet Coninck disp. 11. dub. 1. disparitatem assignans inter fidem humanam & divinam, quod humana nil perfectionis aut certitudinis novae superaddat actui evidenti, prout tamen superaddit fides divina, utpote certior omnino notitia evidenti. Verum quidem id sit de majori fidei divinae certitudine (quae non ab omnibus absolute admittitur, & postea à nobis tractabitur) experientia docet intellectum habitum omnimodam evidentiā non attendere ad fundamenta obscura, veluti perfecte quietatum: quod etiam currit, etsi accedat motivum fidei divinae. Auctoritates quoque de fide divina expressè agunt, dum eam insinuant cum evidenti notitia incompatibilem.

Nihilominus fatendum, contrariam sententiam non parum esse verosimilem: cum Auctoritates non omnino convincant: ratio quoque efficax, difficulter apparat, cur sicut motiva utriusque actus possunt simul proponi, ita nequeant ipsi actus simul elici. Pars eadem sententia.

36. Dices I. Christus dixit Thomae Joan. 20: Quia vidisti me, Thoma, credidisti; ergo fides potest esse de visis. Resp. I. Christum non dixisse, quod vidisti Thoma credidisti, quia nempe aliud vidit, aliud credidit; ut Augustinus & Gregorius loquuntur: vidit enim hominem & credidit Deum.

Explicatur
illud Joan.
20. Quia
vidisti me
Thoma,
credidisti.

Neque visio assignatur ut causa seu motivum assensus fidei, sed potius ut causa evidentioris credibilitatis, & manuducens Thomam ad concipiendam fidem. Resp. II. ibi juxta literalem sensum potissimum agi de fide resurrectionis, q. d. quia sensibus curiosè me explorasti, credidisti me resurrexisse à mortuis, & consequenter me esse Dominum Deum tuum, sive verum Deum & hominem.

An resurrexerit
oculariter
visa,
credi potest.

Sed difficultas tunc manet, qui potuerit credere, quod videbat. Ad quam dico, potuisse resurrectionem concurrente divina auctoritate credere: nam (ut omittam, quod Thomas non viderit resurrectionem fieri, sed factam esse, iudicij ex sensatione desumptis, collegerit) etiam si illam fieri oculis vidisset, inde non habuisset perfectam & physicam facti evidentiam; cum visio ocularis tantum feratur in externam speciem, cui posset subesse falsitas per sensuum illusionem. Quare visā etiam resurrectione & Christi redivi corpore existimare potuisset, se phantasma vel visum videre. Nam Petrus Angelum coram se cernens, & ab eo contractatus, nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum: & Domino super mare ambulante, dicebant Discipuli, Quia phantasma est: & Angeli in corporibus assumptis apparebant esse veri homines, quales tamen non erant. Fidei proinde debet manere locus, ut ex ejus lumine homo magis firmetur, quam ex sensuum operatione. Et nihilominus adhuc Thomas aliud vidit, nempe

Henric. Sum. Theol. Pars III.

speciem externam, aliud credidit, nempe tum Verbum, & redivivam humanitatem (quae per se non videbatur) tum divinitatem.

Dices II. Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, ut ait Apostolus ad Hebr. 11. hoc autem cadere potest sub notitiam evidentem, & consequenter Philosophus qui illam de facto haberet, non posset credere, nec, si foret infidelis, justificari. Responderi solet, naturaliter quidem sciri, quod Deus sit tamquam auctor naturae, non verò tamquam auctor gratiae; qui autem ad justificationem tendunt, accedere debere ad Deum tamquam auctorem gratiae, atque adeo id per fidem; ab ijs etiam qui Deum esse evidenter norunt, credi oportere. Sed contra facit, quod hoc appareat contra planum sensum verborum, ac etiam receptum Apostoli intellectum; cui conformiter in capite Symboli ponitur fides in unum Deum, ac existentiam illius, etiam tamquam auctoris naturae. Et Apostolus supra mox subjicit fidem in Deum remuneratorem; quod spectat ad eum tamquam auctorem gratiae & bonorum supernaturalium. Respondetur itaque aliter, quod hujusmodi Philosophus non necessariò semper sibi proponeret medium scientificum, quin immò posset intellectum ab eo divertere, atque adeo credere, quod Deus sit, sicque ulterius ad justitiam accedere. Quod si adeo vivaciter medium scientificum memoriae infixisset, ut quoties de Deo cogitat, semper illud occurreret, consequenter determinaret primo loco ad actum scientificum, qui non est proximè liber, adeoque stante ista hypothese non posset iste Philosophus credere hunc articulum, nec justificari: quamvis hoc non sit natum fieri, neque consonum suavi providentiae Dei.

37. Qui Philosophus credere possit existentiam Dei scientificam cognitam, variè variè explicans.

Verum non est necesse nos ad has angustias redigi. Admitto enim simpliciter posse talem Philosophum simul scire & credere existentiam Dei; sed scientiā à posteriori & ex creaturis desumptā, quae non est proprie & strictè dicta scientia, scilicet immediata aut per proprias & intrinsecas causas, de qua Scotus solum loquitur, ut patet d. 24. n. 13 & 17. Consentitque noster Franciscus Castillo disp. 4. qu. 2. nn. 28. & seqq. Et merito: nam haec scientia non generat perfectam evidentiam de objecto, cujus propria natura & secundum intrinseca sua considerata ex hoc nobis evidenter non patet, utpote quae per proprias species non cognoscitur. Sicut ex vilo fumo evidenter inferitur existentia ignis, cujus tamen natura ex hoc in se non evidenter cognoscitur. Prout etiam ex evidenter cognita veracitate Dei, & ejusdem revelatione, inferitur evidenter, quod sit verum, esse v. g. Deum trinum; & tamen connexio

38. Alia explicatio hujus difficultatis.

Trinitatis cum Deo in se manet nobis incivens. Immo credendo articulo revelato etiam ferimur per assensum in ipsam primam veritatem revelatam, & quidem, frequenter saltem, evidenter cognitam. Quare adhuc fides erit rerum non apparentium, quæ scilicet in se non solum non videntur, sed etiam intrinsecè spectatæ manent invidentes, quatenus in propriis terminis & per proprias species non cognoscuntur.

39. *An Philosophus Christianus certior sit præ gentili de existentia Dei.*
Ex quo etiam patet, quæ dicendum ad instantiam desumptam ex majori certitudine de existentia Dei naturaliter cogniti, quam habet philosophus Christianus præ Gentili; utique ob adjunctum lumen & notitiam adeoque certitudinem fidei. Nam est hoc totum verum sit, nil contra nos. Deinde alij dicerent, ex parte scientiæ actualis esse parem utriusque certitudinem; nisi quoddam frequenter sint notitiæ Gentilium de Deo immixti errores, in Christiano per fidem sublatis: esse tamen disparem certitudinem in actu primo, quatenus in Christiano præterea est fides de Deo, & accedere potest assensus Theologicus præmissis fidei innixus.

40. *An & qualiter articulos symboli sensibus perceptos crediderit Deipara & Apostoli.*
Dices III. ex nostra Doctrina sequitur, Deiparam non habuisse fidem de suo conceptu quatenus facta sine opera viri, utpote eatenus evidentiâ experientiâ noto; neque etiam de crucifixione, morte, ascensione Filii à se visis. Idemque est de Apostolis, qui ea viderunt. Et tamen hi articuli in Symbolo proponuntur, tamquam ab omnibus credendi. Responderi posset, locum fuisse fidei circa ista mysteria pro tempore, quo evidentia rei se non ingerebat intellectui ipsorum, hoc attendente solum ad motivum fidei, sepositâ consideratione mediæ evidentis: aut certè ipsos aliud vidisse, aliud credidisse; credidisse, inquam, mysteria ista quæ concernentia Deum hominem, qui conceptus, crucifixus &c. credebatur, non videbatur. Immo cum experientia sensuum per se solum tenderet in speciem externam, probabilissimè erat locus fidei firmiori etiam circa mysteria ista, quæ humanitatem concernentia. Quoddam si denique actualis istorum fides ob ingerentem se jugiter evidentiam in prædictis non potuisset constare, non fuisset utique ipsis aliter quam in præparatione animi necessaria.

41. *Fides supernaturalis & opinio aut fides humana simul consistunt.*
Dico III. Fidei supernaturalis assensus rectè consistit cum assensu opinionis aut fidei humanæ in eodem intellectu. Ita plerique Doctores. Ratio est: quia nullum est fundamentum incompatibilitatis. Etsi enim (quod allegari posset) opinio & fides humana sit fallibilis, fides autem divina infallibilis; quid lumen vetat intellectum judicare per unum actum de veritate objecti quantum est ex parte talis mediæ seu motivi fallibiliter, & per alium actum

quantum est ex parte alterius mediæ infallibiliter? Ubi adhuc erit, locus formæ nisi ad opinionem requisitæ: tum quia in ipsa manebit formido, saltem radicalis, cum actualis non sit ad eam necessaria: tum quia etiam actualis esse poterit, quo scilicet timeatur de veritate objecti quatenus substantiæ medio opinativo, sive de connectione utriusque. Ut omittam etiam fidei divini subinde adesse actualem dubitationem, saltem involuntariam. Consideratur: quia de facto motiva humana proponuntur tamquam dispositiones manu ducentes ad fidem; mysteriaque creduntur non solum ob auctoritatem divinam, sed etiam sæpe ob auctoritatem humanam Ecclesiæ, consensum Sapientum &c., quæ caulant credibilitatem & assensum fidei humanæ. Similiter ad roborandam fidei mysteria sæpe junctur motiva probabilia; adeoque possunt fundare actum ubi respondentem, non obstante consortio assensus fidei.

QUÆSTIO V.

An dabilis sit Evidentia Revelationis, & an Repugnet fidei?

Evidentia revelationis, quæ etiam appellari solet evidentia in attestante, consistit in hoc, quod ei, cui fit revelatio, sit evidens, esse Deum qui loquitur, seu esse locutionem & testimonium Dei. Quæ juxta satis receptam Doctorem sententiam contigit Angelis, præsertim supremo, in statu viæ. Idque colligitur ex eo, quod hi clarè noverant, non esse creaturam, quæ loquebatur: hanc enim evidenter novissent, & quidem longè evidentiùs, quam nos possimus deprehendere, quibus nobis loquatur: adeoque manifestè ijs erat, Deum esse, qui loquebatur. Nihilominus evidentia hæc non apparet omnino perfecta: simpliciter enim dubitare potuisset Angelus, num fortasse loqueretur creatura, divinitus occultata ipsi Angelo. Et quamvis ei evidens fuisset, Deum loqui vel creaturam divinitus occultatam, adhuc non fuisset ei evidens Deum loqui per se vel per illam creaturam; nisi simul fuisset ei evidens (quod non erat necesse) istam creaturam à Deo occultari in ordine ad faciendam revelationem. Alioquin potuisset occultari ad alios fines, & sic occultata loqui nomine Dei absque ejusdem commissione.

42. *Quid evidentiæ revelationis seu in attestante. An Angelis concessa. Illius quorum non plane evidens.*
Manifestius apparuisset perfectissima in attestante evidentia, admittæ in Angelis specie abstractiva distinctè representante divinam essentiam; quæ juxta Doctorem Subtilem 2. d. 5. q. 9. n. 7. est possibilis, & juxta varios Scotistas hæc facta fuit eisdem concessa. Præterea sine hac specie videri posset Deus clarè potuisse insinuare Angelis, ipsum esse qui loquebatur, infundendo eis per

43. *Alii modi explicandi hanc evidentiam in Angelis.*

per se assensum alicujus objecti. Sed sola infusio alicujus iudicii non est locutio Dei; qui proinde juxta dicta q. 2. posset de absoluta potestate infundere errorem. Aliud esset de iudicio tali, quo simul iudicaret intellectus Deum habere simile iudicium de eodem objecto. Hic enim assensus simul foret locutio Dei. Sed existimat Poncius in Coment. ad dist. 23. n. 30. non posse huiusmodi notitiam produci, quae non sit intuitiva Dei; eò quòd omne iudicium intellectuale praesupponat aliquod motivum, quod tali notitiae decisset, utpote quae nec fundaretur in discursu, neque esset de objecto ex terminis nego vel intuitivè cognito, neque innixa alteri revelationi &c. Quidquid autem d' hoc sit, saltem fatetur idem n. 31. huiusmodi evidentiam fore, si propositis sufficientibus motivis credibilitatis eligeret quis assensum supernaturalem fidei, & Deus illuminaret intellectum ad videndum, quòd actus ille sit supernaturalis assensus fidei: eo ipso enim clarè constaret, procedere per se à Deo, etque non posse subesse falsum. Alium ibidem modum adjungit, si videlicet Deus per voces externas aut internas loquens, in confirmationem istius, quòd sit sua loquela, faceret miraculum physicè evidens.

44. An sit concessa Adamae, Prophetis, & Apostolis, & Deiparae.

Similis aliqua evidentia in attestante conceditur à Doctoribus passim Adamae, Prophetis & Apostolis ipsique Deiparae. Quod tamen fundatur in mera congruentia, quia nimirum, supposita possibilitate, congruebat ampliore certificationem de divina revelatione haberi ab illis, qui ceteris revelationem ipsam & articulos revalatos firmissimè credendos testificari debebant, & consequenter à Deiparae praeter ceteris privilegiata.

45. An sit concessa, non fuisse nisi necessarium.

Nihilominus certum est, hanc evidentiam non fuisse ijs necessariam: sicut enim nobis sufficit praevia certitudo moralis de divina revelatione, atque adeò evidentia credibilitatis mysteriorum fidei, ut ijs certissimam Deoque dignam fidem adhibeamus: quidni similiter sufficisset ipsis Prophetis & Apostolis, etiam tamquam testibus & Doctoribus communibus? plane de facto certissima est fides nostra, etiam independentè huiusmodi evidentia, quae fuisse Prophetis & Apostolis concessa: cum aut talis fuerit eis concessa, Ecclesiae non constet; quae tamen ob hoc non minorem fidei suae firmitatem tenet. Immo difficulter inducer, ut credam communitè sive semper huiusmodi evidentiam perfectam in praedictis habuisse locum, utpote quae non parum derogasset merito fidei eorumdem; cum tamen maximi fuerit meriti, atque adeò in Scriptura laudetur fides Deiparae, Noè, Abrahæ, Moÿsis, & aliorum Patriarcharum seu Prophetarum. Immo potius foret ejusmodi evidentia eis denc-

ganda, quam si propterea ratio veræ ac meritioræ fidei (quæ in eis nostræ similis fuisse supponitur ad Hebr. 11.) ab illis exulasset.

45. An evidentia revelationis generet evidentiam rei revelatae in eo cui evidens est prima Veritas.

An autem evidentia revelationis generet evidentiam ipsius rei revelatae, quaestio est inter Scholasticos controversa. Existimo tamen non posse aliam esse quam de nomine controversia. A qua proinde breviter me expediendo dico, certum in primis esse, inde non oriri intrinsecam aliquam evidentiam in mysterio revelato, quasi v.g. Trinitas revelata sive connexio intrinseca illius cum Deitate in se fiat evidens. Quin potius ipsa manet inevidens, quantumvis evidens foret, Deum summè veracem id testari. Itaque solum potest rei revelatae inde accedere evidentia quadam extrinseca, fundata in his principiis extrinsecis, attamen evidentibus: Quidquid Deus revelat, est verum: Deus revelat se esse trinum in personis. Inde enim evidenter sequitur, hanc propositionem esse veram: Deus est trinus; adeoque existentia veritatis istius propositionis est evidens, non evidentia rei in se sed extrinsecè participata à praestatis praemissis. Et immeritò id quispiam negaret aut in dubium revocaret.

Nihilominus assensus praestatae conclusionis quatenus elicitæ ex duabus supra positis praemissis non est fidei Theologicae: idque juxta plurimos ob suam evidentiam; vel potius ob hoc, quòd non habeat auctoritatem divinam pro motivo proprio, sed sit assensus naturalis innixus evidentiae praemissarum tamquam motivo, sive connexioni evidenti medii syllogistici cum extremis in antecedente.

46. Potest cum ea fides consistere, si non habeatur evidentia prima Veritatis.

Nunc difficultas superest, an stante evidentia revelationis adhuc possit esse locus fidei Theologicae, quæ quis credat mysterio evidenter revelato immediatè ob divinam auctoritatem. Et quidem facile apparet posse ejusmodi assensum elici, etiam ab habitu fidei nostrae, supposito, quòd simul non esset evidentia de ipsa summa Dei veritate; ut rectè notarunt Poncius in Comment. ad dist. 24. n. 33. Arriaga disp. 4. sect. 4. n. 40. & alii. Quidquid contradicatur Lugo d. 2. sect. 1. n. 35. Nam huiusmodi assensus foret liber, obscurus, elicitusque ob propriissimum fidei nostrae motivum, scilicet auctoritatem Dei revelantis, aut (si mavis) revelationem primae veritatis. Gratis autem & sine solido fundamento assumit Lugo supra n. 36. quòd habitus fidei nostrae sit restrictus determinatè ad evidentiam sive obscuritatem ipsius revelationis: cur enim potius, quam ad evidentiam ipsius primae Veritatis? Nam haec, quæ propriissimum fidei nostrae motivum, potest esse tale, etsi evidenter cognita, dum saltem inevidens est revelatio: quidni ergo è converso possit esse motivum, dum revelatio est evidens, sed ipsa veracitas Dei non est evidenter cognita? Nam

Nam & hujus solius inevidentia sufficere ad assensum fidei obscuritatem. Sicut ob hoc assensus fidei humanæ est inevidens, etsi de locutione seu testimonio hominis evidenter constet. Quare tunc non est vera rei revelata evidentiā, quam vocat, in attestante; utpote ad quam requiritur evidentiā, tum Veracitatis, tum ipsius revelationis.

47.

Majus itaque dubium est, an supposita evidentiā revelationis & primæ Veritatis elici possit actus veræ fidei ob auctoritatem Dei sic revelantis. Negat *Lugo supra. Poncius sup. 34.* & plures alii. Sed rectius affirmat *Smysing. proœm. q. 3. n. 91. Franciscus Castillo disp. 4. q. 3. n. 21.* citans *Scorum, Alensem, D. Thomam, Vega, Valentia & alios.* Ratio est: quia indubiè ob auctoritatem Dei sic propositam potest elici assensus; illum autem verè esse fidei, probatur ex eo, quod sit elicitus ob verissimum & propriissimum motivum fidei, auctoritatem scilicet Dei loquentis. Quemadmodum etiam omnis assensus elicitus ob auctoritatem loquentis hominis est actus fidei humanæ. Adde, in nostra sententia revelationem esse meram conditionem applicativam objecti motivi ad materiam creditam vel intellectum credentis; illud autem ipsa applicare potest, sive sit evidens, sive non. Declarabitur amplius nostra opinio ex solutione objectionum.

Immo valde probabiliter, etsi hæc evidentiā habentur.

48. Objectio prima.

Dices I. Habitus fidei nostræ est essentialiter restrictus ad inevidentiam objecti formalis; sub hoc comprehendendum primam veritatem, tum revelationem: immo ad hoc præcisè confertur, ut prædictam inevidentiam suppleat: ergo assensus, de quo agitur, non potest ab eo procedere. *Resp. I. Neg. Antec.* Nam etsi ita restrictus habitus dari posset, non constat tamen sufficienter, habitum fidei nostræ esse talem: donec autem id satis aperte ostendatur, censendum potius est, ipsum se extendere ad totam latitudinem sui motivi, adeoque ad omnes actus elicitos ob auctoritatem Dei revelantis; præsertim cum non sit vestigium suorum actuum, uti habitus acquisitus, sed infundatur à Deo, habeatque se instar potentia.

Resp. I.

Falsum porro est, quod in objectione allegatur, quod scilicet adæquatum officium fidei Theologicæ sit quod suppleat inevidentiam objecti formalis. Habitus enim fidei principaliter datur, ut per eum intellectus elevetur ad credendum actu in substantia supernaturali, quem alioquin suis viribus elicere non potest, quantumcumque revelatio esset evidens. Deinde etiam datur, ut credamus firmitate commensurata: nam cum evidentiā revelationis non pariat evidentiā rei revelatæ, posset quis facile dubitare, vel negare, aut saltem non omnino firmiter credere mysteria fidei, quæ luminis naturæ videntur contraria.

Resp. II. Dissimulando totum: nam posset esse actus veræ fidei, etsi non posset elici ab habitu ordinario fidei nostræ, sed ab alio habitu generaliori, vel absque eo, per concursum actualem supernaturalem Dei.

Dices II. cum evidentiā revelationis & primæ veritatis, non consistit obscuritas assensus; quæ tamen est essentialiter requisita ad assensum fidei, utpote quæ est argumentum non apparentium. *Resp.* in primis. Neg. Assump. nam etsi revelatio foret evidens ex aliquibus principiis v. g. visu evidentiā miraculi, posset notitia illius evidens esse prævia, uti potest in nobis præcedere notitia evidens ipsius veracitatis, & cognitio moraliter evidens notarum fidei atque adeo revelationis, deinde accedere assensus elicitus pure ob auctoritatem Dei revelantis, sic ut motiva evidentiā revelationis non attingantur per ipsum fidei actum, uti per illum non attinguntur motiva evidentiæ veracitatis Dei, aut motiva ordinaria credibilitatis. Ille proinde actus maneret intrinsecè obscurus, nec per ipsum ut sic fieret objectum evidens. Secundo possent cum evidentiā revelationis adesse alia motiva ordinaria credibilitatis, & iudicium credibilitatis in his fundatum, dein posset elici fides, velut independenter & præscindendo à motivis evidentiæ ipsius revelationis. Denique etsi assensus eliceretur ob auctoritatem Dei quatenus applicatam per claram revelationem, idemque assensus inde haberet quamdam evidentiā, adhuc posset esse actus fidei, ut elici ob fidei motivum, omni autem fidei omnem evidentiā repugnare, gratis asseritur. Nam nihilominus quatenus non faceret clarè in se apparere rem creditam, quæ adhuc maneret in se seu intrinsecè inevidens. Esto autem concederetur, quoddam talis actus ob eversum modum quo applicaretur objectum & afficeret ipsam potentiam, ac aliqualem sui evidentiā, distingueretur ab assensu ordinario fidei (ut censet *Smysing sup. n. 91.*) adhuc posset elici ab eodem habitu, cum hic possit in actus specie diversissimos v. g. assensum & dissensum circa diversissima objecta inclinare.

Dices III. Assensus, de quo est questio, esset necessarius: at actus fidei omnino necessariè est liber, ut tradit *Augustinus Tract. 26. in Joan.* dicens: *Multa potest homo facere non volens, credere autem non potest, nisi volens.* Et *Tridentinum sess. 6. c. 6.* docet hominem per fidem disponentem ad justitiā liberè moveri in Deum. *Resp.* in præmissis satis colligi ex responsione ad præcedentem objectionem, quomodo assensus iste posset esse perfectè obscurus, adeoque libere elici. Deinde etsi foret necessarius, non esset contra præfatas auctoritates,

49. Objectio secunda.

Resp.

50. Objectio tertia.

Resp.

Quaest. VI. An & Quomodo Mystera Fidei nostrae sint &c. 45

toritates, quae commodè explicantur de fide, qualem de lege ordinaria habemus, & quam ex auditu, adeoque ob revelationem inevidentem liberè concipimus, ut satis patet ex ipsis verbis Tridentini supra. Quare actus fidei necessarius non esset dispositivus ad iustitiam per modum meriti congrui. Libertas tamen exercitii potest etiam in actu evidenti reperiri, quatenus voluntas intellectum liberè applicat aut applicatum tenet in consideratione motivi notitiae evidētis.

QUESTIO VI.

An & Quomodo Mystera Fidei nostrae sint evidenter credibilia?

51. Cum obsecratur mysterium fiat evidenter credibile.

QUAMVIS juxta praemissa non sit necesse, ut mysteria fidei nostrae sint evidenter vera, sive per ipsam fidem, sive per aliam notitiam evidenter, possunt tamen dñi signa quaedam seu notae, ex quibus eadem mysteria fiat evidenter credibilia, sive ex quibus evidenter constet, meritò & prudenter posse & deberi à nobis adhiberi iis fidem tamquam divinitus revelatis; ut pròinde signa ista generent moralem certitudinem & evidentiā de ipsa revelatione, quòd, verè à Deo facta sit.

Quae in istis de factis reperitur.

Certum porro est mysteria fidei nostrae sic esse evidenter credibilia. Ratio est: quia cum Deus velit nos firmè & indubitante credere, quae ipse nobis revelat, & aeternā salutē privet aeternitque subiciat peenis ea negantes, omnino ad ejus providentiam spectat infallibilia signa dare, ex quibus certò cognoscamus, quae sint ab ipso revelata, quae non. Unde Psal. 92. dicitur: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis; quia videlicet multis argumentis ò Deus demonstrasti legem nostrā esse talem, quam veluti à te latam omnes firmā fide amplectantur. Et Joan. 15. Christus ait: Si non venissem, & non locutus es, Judaeis, fuissem; praedicando me esse Messiam & Filium Dei, & praedicationem multis modis confirmando, peccatum non haberent, scilicet incredulitatis. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sicut igitur non est excusatio pro nolentibus credere mysteria fidei nostrae post propositionem eis factam per Ecclesiam, sic supponi debet in mysteriis propositis evidentiā credibilitatis.

52. Variis signis tam generantur.

Eadem evidentiā manifestè patet ex notis verè fidei. De quibus luculenter scripserunt Thomas Bosius 2. Tomis de signis seu notis Ecclesiae. Nolter Michaël Medina l. 2. de rella in Deum fide. Lessius in Consultat. de fide Capessenda & alii. Nos infra, dum de Ecclesia agetur, varias ejusdem notas evidentes assignabimus, ex quibus ipsa manifestè discernatur ab Haereticorum conventiculis. Hic breviter subiciemus signa verè fidei Christianae, potissimum contra Genesim Sum. Theol. Pars III.

tales, Mahometanos, & Judaeos, quae uti singula ad fidem Christianam periuadendam non parum momenti habent, sic plura aut omnia simul sumpta robur longè maximum habere necesse est.

Primum signum sumitur à sanctitate, innocentia, etiam hostibus irreprehensibili Auctoris, mirabilibus portentis & miraculis ab ipso patris, etiam in mortuorum resuscitatione, futurorum praedictione &c. mirabilique ejusdem, post mortem ob salutem hominum sponso toleratam, & sepulturam, ad vitam revocatione, quae patet ex Historiis Evangelicis, quibus saltem, veluti recenti adhuc rerum gestarum memoriā publicè, in ipsorumque nostrum praesentia, mirabili consensione editis, fidem humanam Judaei aut alii denegare nequeunt; uti nec Josepho Judaeo, qui l. 18. Antiq. c. 6. praeclearum innocentiae & sanctitati, miraculis & portentosa resurrectioni Christi testimonium perhibet. Religio autem & fides merito pro vera suscipitur, quae talem habet auctorem.

Sanctitas & miracula Auctoris Fidei Christianae.

Secundum desumitur ex puritate doctrinae per Christum traditae. In qua nimirum plurima sunt capita seu instituta, quae etiam ratio naturalis dicitur, nil autem rationi adversum, est quaedam infirmi nostri ingenii captum excedentia, omnia invicem consona sine ulla mutatione per tot saecula, & per universum orbem. Institutiones morum omnes ad sanctitatem & perfectionem ducentes, pietatem ingerentes, à mundanis, carnalibus, & vitiis elongantes, & divinum quid spirantes; adeo, ut tum fides, tum lex Christiana sit tota immaculata convertens animas.

53. Puritas doctrinae.

Tertium hinc consequitur signum, nempe vitae ac morum puritas & sanctitas (cui etiam ipsi Ecclesiae hostes, tum Aethnici olim, tum Haeretici, testimonium perhibent) in Christianae fidei ac legis cultoribus, quibus ipsa plurimis omni saeculo & aetate abundavit in sanctitate excellentibus; etiam iis, qui antea non gustata caelesti hac vita gravissimis peccatis dediti fuerunt. Immo quòd ullus sit vitio obnoxius, sit defecit hominis vitiosus, qui scilicet fidem & mandata fidei Christianae non servet. Religio porro, cujus instituta tam sancta & pura, cujus cultores tam sancti, & ad sanctitatem morumque innocentiam per ipsam incitantur ac diriguntur, non potest non placere Deo totius puritatis & innocentiae auctori.

Sanctitas cultorum.

Quartum sumitur ab admirabili fidei Christianae propagatione; facta non armis, non potentia, non opibus, non promissis terrenis, sed per homines ignobiles & contemptibiles, qui resistentibus Imperatoribus, Regibus, populis velut universis, legem adeo propensionem naturae corruptae adversam, praeccepta difficilia, rerum temporarium contemptum, divinitatem personae cruci-

54. Admirabilis propagatio.

crucifixæ, sapientissimis etiam ac potentissimis, ac tandem toti mundo mirâ efficaciam persuaserunt: quod planè impossibile erat, nisi Dei digitus esset iste, opusque illud (ut utar verbis *Augustini lib. 22. de Civit. c. 7.*) virtutis fuisse divinæ, non persuasionis humane.

55. *Avidè susceptio & constantia etiam per sapientissimos defenso.*
 Quintum sumitur ex eo, quòd à plurimis sapientissimis juxta ac sanctissimis, omnique eruditione refertis personis, ubique terrarum, omni ætate fuerit doctrina fidei nostræ avidè suscepta, defensa & prædicata, quorum plurimi mirâ constantiâ & alacritate illam, etiam martyrium subeundo, confirmarunt, sæpè etiam inter ipsa tormenta miraculis clarescentes: quod & fecerunt innumeri alii juvenes & virgines, senes, Principes omni virtute præditi, mortem pro fide constantissimè subeuntes, quorum numerus facilè ad varios milliones ascendit, immo ad undecim ferè milliones (in quo tamen determinato numero non faciendâ vis) ascendere ex variis Auctoribus colligit *Granado apud Lugo disp. 5. sect. 6. n. 54.* Hoc autem vehementissimum indicium est veræ fidei, in qua eligenda ac taliter defenda tot sapientissimos, sanctissimos, Dei timore & amore flagrantés, nullo respectu humano inductos, tanta pro eadem patientes, fuisse permisos errare, quibus maximè conveniebat Deum auxilio & præsidio adesse, non est verosimile.

6. *Prophetia.*
 Sextum sumitur ex diversis Prophetiis Patriarcharum & Prophetarum de Christo, manifestè in ipso & per ipsum impletis. Quibus accedunt prædictiones ipsius Christi, juxta & diversorum Sanctorum Prophetiarum spiritu futura, quæ manifestè eveniunt, prædicentium, ac occulta cordis cernentium. Vera igitur debet esse fides, quæ Prophetarum Oraculis (quæ utique non possunt esse nisi à Deo) ac futurorum prædictionibus, nec non interiorum notitiâ (cujus utique scrutator cogitans Deus sit) est contestata.

56. *Miracula.*
 Septimum idque illustrissimum sumitur ex miraculis, quæ in fidei nostræ confirmationem fecit, tum Christus ipse, tum Apostoli, aliique subsequentes Apostolici viri in vita & post mortem; quibus Historia Evangelica, Actus Apostolorum, Scripta Patrum, omnisque ætatis Historicorum sciant; immo & nostro sæculo eadem fieri certò tenemus, quæ in eorumdem canonizatione accuratissimè, & stupendâ quasi diligentia & cautelâ examinantur. Hæc porro sunt velut sigilla & testimonia Dei, quibus confirmat & cõtestatur veritatem Religionis, quæque proinde non deberet permittere seu potius ipse facere in falsitatis robur is, qui est summè verax, in deceptionem quodammodo homines cogendo.

57. *Incredibilibus seu sectis, præsertim Gentilium, Turcarum*
 Octavum sumitur ex carentia omnis credibilitatis, quæ est in aliis religionibus seu sectis, præsertim Gentilium, Turcarum

& Judæorum. Quin immo positivè incredibiles sunt ob impuotatem doctrinæ & seu sectarum. Quin immo positivè incredibiles sunt ob impuotatem doctrinæ & seu sectarum secundum illas vivendum. Nam quod ad Gentiles spectat, manifestum est, multa eorum dogmata ac instituta etiam naturali rationi adorsari, v.g. de pluralitate Deorum, cultu idolorum, uti quorundam scelerum etiâ nefandorum. Quod spectat eorumdem per leges etiam Sapientiosum approbatio; uti Lycurgus adulteria, Perlarum Legillatores incestus, nuptias cum matre, filiabus, sororibus, Plato communidtem uxorum, alii alia nefanda permiserunt. Consimilia constat habuisse locum in eodernis Gentilibus apud Indos, Japonés & similes ante susceptam Christi legem. Absurditates item manifestas in Alcorano Mahumetis (quæ & ipse impurissimæ vitæ fuit) ac sectâ Mahumetanorum, item in Thalmud Judæorum, ac eorum circa divinas perfectiones delictis Varii observarunt. Ut hæc non referam infanda dogmata Sectariorum recentiorum, ac sceleratam Auctororum vitam.

Denique, ut alia credibilitatis indicia præteream, attendendo divinam providentiam, manifestum est Deum non permisurum, ut qui Deum & virtutem maximè quærunt, iidem maximè circa punctum religionis decipiantur, sintque ceteris omnibus (qui hæc saltem voluptatem sectantur & obtinent) miserabiliores, idque eis contingat, eò quòd religionem amplectantur tanto motivorum pondere firmatam & credibilem factam, ut ne umbra similis credibilitatis sit in aliqua secta totius mundi. Ut proinde confidenter & meritò dixerit *Richardus Victorinus l. 1. de Trin. c. 2.* Sane quæ revelata sunt nobis vultus, tam multis, tam magnis, tam miris prodigiis confirmata sunt, ut genus videatur esse dementia, in his vel aliquantulum dubitare. Utinam attenderent Judæi, quinam animadvertent Pagani; cum quanta conscientie securitate, pro hac parte, ad divinam judicium poterimus accedere. Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus? Domine, si error est, à te accepti sumus. Ista enim in nobis sunt tantis signis & prodigiis confirmata, & talibus, quæ non nisi per te fieri poterunt.

58. *Ratio denique divine providentia.*
 59. *Evidentia credibilitatis, reliquias evidentiam esse credita.*
 Ex quibus evidēs manet, meritò ac prudenter agendo posse ac debere firmissimè mysteria nostræ fidei credi tãquam à Deo revelata, adeoque certò & evidenter ipsa esse credibilia, & consequenter ceterarum sectarum instituta non esse prudenter credibilia. Hæc tamen evidentia credibilitatis non generat evidentiam aliquam ipsius rei creditæ, neque etiam evidentiam physicam ipsius revelationis, cum qua non habent motiva credibilitatis ex se omnino evidentem ac necessariam connexionem, quæ intellectum omnino convincat, præsertim illorum, qui habent voluntatem non bene affectam. Unde etiam fit mysteria fidei non

Unde contin-
gas illam a
multis non
prospici seu
admitti.

dei nostrae à multis alijs ingeniosis non
admitti, qui lumine fidei destituti priva-
toque affectu nimium suis sensibus aut erro-
ribus adherentes, in luce velut cœcutidit;
cùm in rebus non omnino evidentibus
agnoscendis intellectus multum ab affectu
dependeat. Multi etiam veritatem non vi-
dent, quia motiva seu signa credibilitatis
fidei ignorant, aut ad considerandum eor-
um intellectum per piam voluntatem suf-
ficienter applicare negligunt. Plurimi de-
nique veritatem eis satis perspectam repu-
diant, sive dominandi libidine, sive causâ
voluptatibus liberius indulgenti, sive ut
ex secta nova nomen aliquod accipen-
tur, sive ex odio aliquorum Ecclesiae Præ-
latorum, puta Pontificum aut Episcoporum.

60. Observandum verò, motiva credibilita-
tis præallegata, & similia, etsi Ecclesiae om-
nia simul conveniant, indeque insignissi-
mo evidètia credibilitatis exurgant: non om-
nia tamen semper simul præponi credenti-
bus aliquod mysterium, qui nunc hanc,
nunc illam, nunc istam, nunc plures, nunc
pauciores sibi notas proponunt. Et quidem
in fide semel firmatis adeò insita est hæc
credibilitatis evidètia, ut quasi sine reflex-
ione ad speciales notas credant, dum ipsis
sufficit nosse, quod S. Mater Ecclesia id
tradat. Convertendis tamen ad fidem ope-
rosius proponuntur motiva credibilitatis.
Qui tamen & ipsi ex una interdum nota
convertuntur, v.g. ex visâ mirabili constantia
Martyrum, aut ex unico miraculo, aut
alio quopiam motivo; accedente, & potissi-
mas in conversione partes habente, illu-
stratione & auxilio divinæ gratiæ, quâ cor
aperiatur ad intendendum verbis prædica-
toris, & voluntas obstinata emoliri inci-
piat: aliàs enim surdo canitur, quæcumque
pondera rationum seu motivorum credibi-
litate profertantur.

61. In simplicioribus quoque Fidelibus lo-
cum habet credendi simplicitas, dum fi-
dem habent Parocho aut concionatori ali-
quid proponenti tamquam revelatum à

Deo & declaratum ab Ecclesia. Immo dum
similibus sit hujusmodi propositio per eos,
quorum id munus est, v.g. Episcopos, Pa-
rochos, Prædicatores seu Magistros in
Theologia, nec aliunde subest in iis causa
rationabilis dubitandi, credere obligantur;
adeò ut rusticus v.g. tali casu discredens,
peccet. Et sanè vix unquam similibus my-
stera fidei melius proponuntur, quam per
tales, adeoque si non tunc, vix unquam ha-
berent obligationem credendi. Secus esset,
si essent indicia dubiæ fidei in Parocho
v.g. utpote aliàs mentito, aut contradicen-
te hætenus traditis ab alijs æquè vel ma-
gis doctis, aut dogmate aliqua bonis mori-
bus vel rationi naturali adversa &c.

Aliàs seclurâ speciali ratione dubitandi
nascitur ex prædictorum propositione in
hujusmodi (quibus aliunde de notis Eccle-
siæ in generali saltem constat) proportio-
nata capacitati eorundem evidètia cre-
dibilitatis: quæ facilius in iis locum obti-
net, quibus difficilius occurrunt rationes
dubitandi in contrarium. Adde simplicio-
ribus salutem sermone quærentibus adesse so-
lere specialiter illustrationem divinæ gra-
tiæ, quâ fit eos plerumque firmius adhare-
re rebus revelatis, quàm doctos, adeò ut de
credibilitate ac veritate illarum dubitare
nequeant, immo aliquos dubitare posse
mirentur.

Nihilominus absolute loquendo ex nullo
capite apparet repugnare, quò minus cum
articulis veris pari modo proponendi, inde-
que resultante obligatione credendi, à Pa-
store, Episcopo &c. immisceatur articulus
aliquis falsus, etiam spectatâ divinâ provi-
dentiâ: cum in hujusmodi non sit propo-
nendi infallibilitas, sed ipsi, immo & Con-
cilia numerosa Episcoporum errare possint,
& aliquando erraverint: soli autem Conci-
lio Generali sive Pontifici propria sit in-
fallibilitas in rebus fidei proponendis. Inde
autem non videtur grave inconveniens: nam
fides articuli falsi, solum erit naturalis, po-
teritque ex affectu seu voluntate credentis
etiam esse Deo grata.

An eis ali-
quid falsi
proponi
queat ita,
ut credere
teneantur.

DISPUTATIO QUARTA.

De Scriptura Sacra & Traditionibus.



XPPLICATO Fidei ob-
jecto & objecti qualitate,
de ipsius Fidei regulis ag-
endum est. Et primò qui-
dem de regulis veluti mor-
tuis, quæ sunt, Scriptura &
Traditio: dein de vivis, Ecclesiâ videlicet,
Concilijs & Pontifice.

QUÆSTIO I.

De Scripturis seu Libris Canoni- cis & Apocryphis.

SCRIPTURA sacra est verbum Dei, ipso
inspirante conscriptum ab ipsismet Ha-
giographis seu divino Spiritu afflatis Scri-
ptoribus.

1. Quid sacra
Scriptura.
Varia ejus
appellatio-
nes.

Variis porro nominibus solet ipsa appel-
lari.